66

CAPITVLA
OBSERVANDA PER AROMATARIOS,
Almæ vrbis Romæ, & eorum Collegium.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA ROMA

Romæ apud Antonium Bladum
Impreſſorem Cameralem
M D LVIII

CAPITVLA MODIFICATA, ET DECLARATA PER

Reuerendiſſimum & Illuſtriſſimum Dominum Dñum Iohannem Sanctorum Coſme & Damiani. S. R. E. Diaconum Cardinalem de Saluiatis, vigore ſpecialis commiſſionis Sanctiſſimi Domini Noſtri, eidē Reuerendiſſimo nouiſſime præſentate per Venerabiles Dños Prothomedicum, Medicos, & Collegiū eorum ex vna, & Aromatarios & eorum Collegium Almæ Vrbis partibus ex altera, inuiolabiliter obſeruanda.

PRIMO quòd nullus Aromatarius, ad exercitium Aromatariæ, vt principalis, ſeu Inſtitori, aut apotecæ præpoſitus poni debeat, vel intrare, neqꝫ apotecam exercere, niſi a Prothomedico, eiuſqꝫ Conſiliariis, & Aromatariorum Conſulibus, examinatus, & approbatus fuerit, qui contrauenerit pęnā viginti quinque ducatorum incurrat.

Secundo, nec poſſint ſub eadem pęna Aromatarii, ſeu aliquis eorum ſimplicia, ad compoſita medicinalia deducere niſi a Prothomedico, & Conſiliariis, aut aliis perſonis idoneis, quibus Prothomedicus cōmiſerit, dūmodo in talem euentum cum perſonis ſic electis vnus ex collegio medicus interuenerit. Qui Medicus ſic electus per totam viſitationem, cum dictis electis intereſſe debeat inſpiciantur, quòd ſi Prothomedicus, Conſiliarii, aut viri vna cum medico, vt ſupra electi interpellati inſpicere neglexerint, extunc Aromatarii, poſſint ſua compoſita facere.

Tertio teneantur Aromatarii, quolibet anno ſemel, bis, vel pluries, & quoties a Prothomedico requiſiti fuerint ipſi, vel idoneis ꝑſonis, & Medico ex dicto collegio, vt ſupra electi vna cum Conſulibus ipſorum omnia ſimplicia, & compoſita oſtendere, vt quæ bona ſunt Approbentur, mala vero repellantur, reprobata autem & falſa, ſeu mala iudicata in Capitolio in die iuridico publice comburantur, & ſi in præmiſſis renitentes fuerint Aromatarii, ſeu Conſules incidant in pęnam prædictam.

Quarto etiam ꝙ nullus Aromatarius, ſub eadem pęna, det, vendat, mittat, aut donet rem aliquam medicinalem, in medicinam redactā, electiue euacuantem, neqꝫ ſcamoneatam, aut oppiatam multū alicui homini mari vel fęminæ, vt ꝓdicta capiat, niſi de alicuius Medici Phiſici doctorati, vel licentiati, ab aliquo Collegio approbato. vel ſaltē pro tali reputetur, & habeatur, vel hic in Vrbe in exercitio medicādi toleretur, cōmiſſione ſibi fuerit iniunctum, aut aliquam receptam habuerit ab eis, vt multis ſcandalis, quæ inde eueniunt obiicietur.

Quinto, nullus etiam Aromatarius vendet aut dabit res venenoſas, aut venena mala alicui niſi perſona legalis, & fidedigna fuerit, & tunc ſciat ad quem finem talia capiantur, qui contrafecerit pęnam quinquaginta ducatorum incurrat, cuius tertia pars accuſatori, etiam ſecreto, ſi interuenerit dabitur.

Sexto, omnes autem Aromatarii habebunt Librum bene compoſitum in quo ſcribentur omnes receptæ ordinatæ a medicis, & nō poſſint dicti Aromatarii, alibi ſcribere ipſas receptas, ꝗ in dicto libro, qui contrafecerit pęna quinque ducatorum puniatur.

Septimo, Et quilibet Aromatarius in ſua apotheca habeat vſualia ad medicinam pertinentia, per Prothomedicum, collegium Medicorum, cum Conſulibus Aromatariorum declaranda, de quibus per eos conficietur tabula, & ſingulis Aromatariis dabitur, & hoc in parua, aut multa quantitate, infra vnum menſem, a declaratione huiuſmodi facta, ſeu alium terminum arbitrio Prothomedici, & Conſulum eorum moderandum, ſub pęna decem ducatorum.

Octauo, Nullusqꝫ Aromatarius dabit alicui rem medicinalem ordinatam a medicis, niſi prius ſit ponderata, pondusqꝫ in recepta deſcriptum contineatur ſub pena quinque ducatorū.

Nono, Prothomedicus vero conſiliarii, & Conſulis Aromatariorum ſingulis annis corrigāt omnia pretia rerum artis Aromatariæ, coram Cameræ Apoſtolicæ Præſidentibus, ne aliquis conquirere poſſit de iniuſto pretio, ꝙ ſi per Conſules ſteterit quilibet eorum pro qualibet vice puniatur pęna viginti quinque ducatorum.

Decimo, Et non liceat alicui Medico tam Phiſico, ꝗ Chirurgo, ſocietatem inire cum Aromatariis, nec econtra, ſub pęna viginti quinque ducatorum.

Vndecimo, ſi autem a taxatione alicuius computi ad medicinalia pertineñ. per Conſules facti appellari contingat recurratur ad Prothomedicum, & reuiſores ſecūdum formam ſtatutoꝝ

rum Aromatariorum, ſi autem Prothomedicus cum dictis reuiſoribus concordes non fuerint tunc appellabitur ad Decanum Cameræ.

Duodecimo, Nullus tam Medicus etiam phiſicus, q̄ chirurgus, ſeu alia quælibet perſona vendere poſſit alicui perſonæ medicinam, ſeu aliam rem ad medicinalia pertinentem, niſi quāprius in Aromataria ordinauerit, & per Aromatarium ſubminiſtrata ſit, niſi ex iuxta cauſa fecerit contrafacientes, pęna viginti quinque ducatorum puniatur.

Decimotertio poſſit autem Prothomedicus, ſeu ab eo, vt ſupra, cum medico electus, quoties voluerit apothecas, etiam extra viſitas ordinarias perquirere, res autem in ea inuentas abſq; Conſiliariis, & Conſulibus Aromatoriorum reprobare non poſſint, ſed eas ſigillare, & ad congruum iudicium ſeruari mandare, & ne interim in vſum veniant prohibere.

Decimoquarto, ne autem locus fraudibus relinquatur, Volumus ꝙ libris Aromatariorum in iudiciis fides non adhibeatur vltra quatuor menſes, niſi vel inſtrumentum in forma publica, aut cedula fidem faciens, cum rationibus in dictis libris deſcriptis cōcordans exhibeatur, aut de diligentia contra debitores, in libris deſcripti ſuper rationibus ibi contentis infra dictos quatuor menſes per Arouatarios facti, & per debitores ibidem deſcripti quo minus ſoluere aut eos ſecuros facere ſteterit appareat, aut partitæ in libris contentæ per debitores recognoſcantur, & per eoſdem ſubſcribantur.

Decimoquinto, Et quælibet perſona etiam eccleſiaſtica ſubiiciatur quo ad medicinalia, & alia ad artem Aromatariorum ſpectantia Conſulibus eorū & coram ipſis tales querelæ proponantur, qui Conſules procedere habeant ſecundum formam ſtatutorum tam Vrbi, quàm arti eorum conceſſorum.

Decimoſexto, Nullusq; cuiuſuis conditionis fuerit Moratoriam, aut Cinquinam pro rebus Medicinalibus, aut aliis rebus Aromatarie capere poſſit.

Decimo ſeptimo, Volumus autem, ꝙ vbi ad viſitand. apothecas Aromatariorum extra Vrbem conſiſten. Prothcmedicus, ex vrbe deſtinandus erit, ne ipſi ad dicta loca deſtinādo imperitis rerum Aromatariæ aſſociari contingat ꝙ Prothomedicus Vrbis, ad quem huiuſmodi Prothomedici electio competit, intimañ. habeat Aromatariis an inter eos aliquis idoneus & peritus inueniatur, qui huiuſmodi onus viſitationum vna cum præfato Prothomedico ſuſcipere velit, quo inuento, Prothomedico Vrbis præſentetur, qui ab eo vna cum præfato Prothomedico electo ad huiuſmodi viſitationem faciendam mitti debeat, ꝙ ſi Aromarii in huiuſmodi electione facienda negligentes fuerint poſſit extunc Prothomedicus, Vrbis abſque eis eligere, & ſi Prothomedicus Vrbis prædictus intimationem facere inhibuerit pęna vigintiquinque ducatorum puniatur.

Decimo octauo, Et quia euenire facile poteſt vt per cōtrauentionem locus ſit pęne in ſupra ſcriptis Capitulis contentę & conueniens ſit vt tranſgreſſores pęna condigna afficiantur. Ita ꝙ alii metu pęnæ delinquere deſinant, vt igitur quas virtutis amoa bonos non efficit pęnarum metus ſub legum cuſtodia retineat. Volumus vt ſingulo quoq; Anno vnus ex Collegio Aromatariorum per Prothomedicum, & Conſules eorum pro tempore exiſteñ. eligatur pęnes, quem pęnæ per contrauentionem exigendæ deponantur, cui depoſitario, preſtita prius per eum idonea cautione de reſtituēdo reliqua ex pęnis exigendis certum ſtipendium arbitrio Prothomedici, & Conſulum taxandum aſſignetur, Ipſeq; depoſitarius in fine cuiuſlibet anni de pęnis exactis Prothomedico, & Conſulibus eorum, rationem reddere teneatur; & cum rationi congruat, vt qui pro publico militauerit inde aliquem fructum habere debeat, vt eo ardentius publico bono inuigilet. Ea propter volumus, vt ex dictis pęnis in fine anni exactis, & ſi non exactæ fuerint Depoſitario imputari debeant niſi per eum non ſtetiſſe quominus exigerentur euidenter doceat, duæ partes hoſpitali Aromatariorum, ex reliquis, duabus vna pars Collegio Medicorum, & altera perſonis idoneis per Prothomedicum ſic electis applicari debeat.

Decimonono, ꝙ ſi accuſationem, ſeu denuntiationē alicuius, aliquis Aromatarius ſupraſcriptus contraueniſſe reperiatur, tunc ex quatuor partibus, quarta pars accuſatori, ſeu denuntiatori, ſtatim per Prothomedicū applicetur, reliquæ vero tres partes in fine anni maneant vt ſupra inter Collegium Medicorum, & hoſpitale Aromatariorum diuidendæ.

Vigeſimo declaratio incurſus pęnarum, ad Prothomedicum, & eius Conſiliarios ex vna. Nec non ad Conſules Aromatariorum partibus ex altera pertineat, quod ſi in huiuſmodi incur

ſus

ſus declaratione diſcordes fuerint ad Præſidentes Cameræ Apoſtolicæ, recurſus habeatur. Quæ quidem Capitula ſupraſcripta, & in tribus foliis papirii deſcripta, in vltimo eorum folio, & in fine illorum ſubſcripta erant manu Reuerēdiſſimi Domini Cardinalis præfati ſub his verbis, videlicet.

Ita vt ſupra obſeruari mandamus. Iohannes Cardinalis de Saluiatis.

Lata, & data fuit huiuſmodi ſententia, & pronunciata ac Capitula predicta. Data, & facta. Die vigeſima menſis Aprilis, Anni Domini 1534.

Motus proprius Clementis Papæ VII.

CLEMENS Motu proprio, alias lite, & cauſa verten̄. inter dilectos filios, Prothomedicum, & Collegium Phiſicorū almæ Vrbis noſtræ vna, & Conſules, & Collegium Aromatariorum dictæ Vrbis partibus ex altera ſuper certis eorū Capitulis & ſtatutis ac gratiis eis, & eorum Collegiis per Nos ſeu Sedem apoſtolicam alias reſpectiue forſan conceſſis, ne humana corpora quæ dictorum Phiſicorum & Aromatariorum auxilio quotidie indigent, ex huiuſmodi litibus nimium patiatur, & propterea illis ſenten̄. imponere volentes. Dilecto filio Iohanni Sanctorum Coſme & Damiani Diacono Cardinali de Saluiatis vulgariter nuncupat. Motu ſimili, alias per noſtras in forma Breuis dum Bononiæ eſſemus, ac poſtmodum nuper per alias, Motu noſtro, ac manu noſtra propria ſignatas, quorum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, cōmiſſimus, & mandauimus quatenus dictis partibus vocatis, & auditis eorum iuribus & proceſſibus ante eum deductis abſq; ſtrepitu, & figura iudicii, ſola facti veritate inſpecta, lites huiuſmodi ſummarie ſimpliciter, & de plano decideret, moderaret terminaret, & vltimū ſilentium imponeret & alia faceret, prout in dicto mandato noſtro plenius continetur, Cum autem ſicut accepimus nuper præfatus Cardinalis in cauſa & cauſis huiuſmodi nonnulla ex dictis ſtatutis, capitulis, & gratiis, vt præfertur conceſſis de prædicto mandato noſtro, auditis partibus, & ſeruatis ſeruandis confirmauerunt, quædam vero innouauerit, & reformauerit, ſeu de nouo forſan condiderit, & ordinauerit, ac per eum diffinitiue ſententiam ſuam ſeruandam tradiderit, ne de ipſorum iuribus in poſterum heſitari cōtingat. Cupientes vt par eſt ſaluti omnium, & præcipue ſubditorum prouidere, & ſaluti conſulere ne quod publicam vtilitatem concernit in longam trahatur controuerſiam, ad tollendos litium anfractus harum ſerie motu ſimili, & de certa noſtra ſcientia, ac de plenitudine poteſtatis dicta Capitula, & ordinationes, ac ſtatuta per præfatum Cardinalem vt præfertur confirmata, innouata, moderata, & reformata, ſeu de nouo condita, & ordinata, ac per dictum Cardinalem ſub die prima Iunii, Pontificatus noſtri Anno xi. manu eius propria ſubſcripta, & de quibus plene informati ſumus, quorum tenores ſimiliter, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur ꝑ expreſſis haberi volumus, ac vim plene validitatis habere decernimus: Illaq; & illas, ac eis annexa, & inde emergentia quæcunq; & qualitercunq; a prædicta die prima Iunii in futurum perpetuo inuiolabiliter obſeruari, omni appellatione poſtpoſita volumus & mādamus, Irritas decernentes, & inanes, omnes & quaſcunq; appellationes, ſiue commiſſiones factas ſeu fiendas cuiuſcunq; tenoris ſeu continentie exiſtant, ſeu ſub quibuſcunq; verborū formis ſint ſeu quicquid aliud in contrarium contigeret attemptari. Eaſq; & ea quo ad hæc nullius eſſe roboris, vel momenti decernimus. Supplen. omnes & ſingulas, tam iuris quām facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Et nihilominus omnibus & ſingulis Iudicibus tam ordinariis q̄ commiſſariis quibuſcūq; etiam ſi ſint Sanctæ Romæ Eccleſiæ Cardinales vel alia quauis dignitate prefulgeant mandamus ac diſtrictius inhibemus, ne contra hæc ſeu eorum aliqua per præfatum Cardinalem de Saluiatis, vt præfertur, inter Phiſicos, & Aromatarios confirmata, innouata, moderata, ac reformata, ſeu de nouo condita & ordinata, & eius manu vt prædictum eſt ſubſcripta, & hic pro expreſſis habita, vigore alicuius ſignatę vel ſignandæ commiſſionis, ſeu mandati, niſi manu noſtra, & Motu proprio noſtro aliquid ſignari contingat in futurum commiſſione audire, ſeu ſuper eis quicquam quouis modo contra hæc iudicare præſumant. Acta omnia ſeu agenda per eos nulla fore decernentes, ſed ab eis & eorum quolibet cauſam, & cauſas huiuſmodi motas & mouendas aduocan. caſſantes, & annullantes, ac nullas fore cenſentes, quo ad hoc perpetuum ſilentium imponimus. Mandantes inſuper dilecto filio Almæ Vrbis Gubernatori pro tempore exiſtenti, quatenus quandocunq; opus fuerit contra inobedientes contradictores huiuſmodi quoties a dicto Prothomedico ſeu Collegis præfatis requiſitus fuerit etiam manu regia procedat Arbitrio ſuo, & pęnas in dictis Ca

pſtulis contẽtas pro eorum firma obſeruatione, exigi, & inuiolabiliter applicari iuxta eorum tenorem faciat, permiſſis ac conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, ac priuilegiis quomodolibet præfatis Prothomedico,& Phiſicis, ſeu eorum Collegio conceſſis,& Conſulibus Aromatariorum prædictis, per Nos & Sedem apoſtolicam ſeu per alios prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, conceſſis, confirmatis & innouatis ſub quibuſcunque verborum formis. Quibus omnibus eorũ ſimiliter,& earum tenores pro præſentibus de verbo ad verbum, inſertis habẽtes, ſpecialiter & expreſſe ad effectum præſentium perpetuo derogamus. Cæteriſq; in contrarium facieñ. non obſtañ. quibuſcunq; - Volumus autem ꝙ omnium, & ſingulorum prædictorum, ac præſentis noſtri mandati ſola ſignatura ſufficiat & vbiq; tam in iudicio q̃ extra fidem faciat attento ꝙ in Vrbe, vel ſi magis expedire videbitur expediantur literæ in forma Breuis cum expreſſis derogatioñ. & annullatioñ. ac cum aliis clauſulis opportunis & conſuetis.

De mandato Domini Noſtri Papæ idem Gubernator procedat, vt petitur, & iuſtitiã faciat.

Placet Motu proprio. I.

Mandati vero Sanctiſſimi Domini Noſtri Pauli Papæ Tertii, de quo ſupra fit, mentio ſequitur, & eſt talis, videlicet.

Mandatum Pauli Papæ Tertii.

PAter Sancte, Quia fe. re. Clemens Papa V I I. S. V. prædeceſſor, antequam Breue huiuſmodi, ob eiuſdem Clementis longam ægritudinem confici poſſent ſicut domino placuit diem extremum clauſit: Idcirco dignetur S. V. pro tam euidenti, ac manifeſta hominũ vtilitate, & ad omnes tollendas ambages, ac litium materias, quæ in futurum, oriri poſſet mandare moderno,& pro tempore & perpetuis futuris temporibus exiſtenti Gubernatori almæ Vrbis quatenus ad ſupradicta exequenda iuxta formam mandati preinſerti preciſe procedat, ac pro eius obſeruantia, tam Phiſicis & Aromatariis præfatis, q̃ etiam omnibus & ſingulis ordinariis ſeu quibuſcunque aliis Tribunalibus ad huiuſmodi mandati rigoroſam plenam,& irrefragabilem obſeruantiam mandet,& compellat: Inhibeat etiam ſub pęnis & cenſuris eccleſiaſticis. Pro quibus omnibus litere in forma breuis S. V. perpetuis futuris temporibus durature expediri poſſint. Cum omnibus & ſingulis præinſertis clauſulis, & cum opportuna, & ſufficienti omnium & quorumcunq; priuilegiorum omnibus & ſingulis, Tribunalibuſq; præfatis, quomodolibet conceſſis, & concedeñ. derogat. caſſatioñ. & annullatioñ. quo ad effectum præſentium,& præinſertorum duntaxat latiſſime extendeñ. mandare dignemini de gratia ſpeciali.

De mandato Domini Noſtri Papæ, Idem Gubernator procedat compellat, & inhibeat, etiam ſub cenſuris, vt petitur, & iuſtitiam faciat.

Placet. A.

Et ego Camillus Caſeoctus Clericus Romanus Excellentis Artium, & medicinæ Doctoris Domini Coſmi *Iacomellii*, generalis Prothomedici Vrbis Notarius, ſupradicta Capitula modificata,& declarata per Reuerendiſſimum Cardinalem de Saluiatis, ac etiam Motum proprium fe. recorda. Clementis Papæ V I I. ac ſubſequenter Mandatum Pauli Papæ Tertii, a libro Collegii Phiſicorum de verbo ad verbum extraſſi, ſcripſi,& ſubſcripſi, in fidem præmiſſorum, ſignumq; meum,& nomen appoſui &c.

Camillus Caſeoctus cle. Rom.

MOtu proprio &c. Quoniam ſicut accepimus licet, aliquando tentata fuerit præinſertarum executio, nihilominus Aromatarii in ſua proteruia indurati, & auaritia obcęcati ſub prætextu appellationum litem ſuper præmiſſis introductam, & poſtquam Clerici Cameræ Apoſtolicæ Iudices cauſa prætenſæ appellationis a dicto quondam Cardinali de Saluiatis interpoſita Capitula per eundem Cardinalem ordinata confirmauerit, illud ſolummodo, addendo ſeu reformando ꝙ de pęnis per Aromatarios contrauenientes incurrẽdis ab eis exigendis, vna Cameræ Apoſtolicæ, altera Hoſpitali ipſorum Aromatariorum, & reliqua tertia pars Collegio ipſorum Medicorum applicari debeant, adhuc adeo diſtulerunt quod Capitulorum Cardinalis & ordinationis Cameralis, Necnon Clementis, & Pauli prædeceſſorum noſtrorum diſpoſitiones præinſertæ, effectũ hactenus ſortitæ non fuerunt cum magno eorum qui ſuis pharmacis indigent, Prælatorum, & curialium, & totius populi detrimento, & periculo. Nos igitur tantum flagitii, id quod etiam ſpeciem ſapit illicite contra publicam vtilitatem conſpirationis, & prohibiti monopolii in tam effrenata licentia relinquere indignum, atque impium eſſe, diebus præteritis dilecto filio noſtro Iohanni Michaeli tituli ſanctæ Mariæ in Ara cęli presbytero Cardinali viua voce, vt de præmiſſis bene ſe informaret, & Nobis referret commiſimus, Ipſeq; Iohannes Michael Cardinalis, viſis omnibus vtriuſq; partis iuribus, & partibus ipſis cum ſuis Aduocatis pluries auditis inuenerit tandem dictos Aromatarios non habere cauſam conſiderabilem contradicendi, & quaſi conuictos non contradicere Niſi quo ad applicationem pęnarum prædictarum circa quod etiam nihil, quod eos releuaret adduxerunt. Vnde Nos volentes ex prædictis, & aliis cauſis dignis mentem noſtram mouentibus, omnino prædicta obſeruari Motu ſimili Venerabili fratri Scipioni Rebiba Epiſcopo Motulenſi, Moderno & pro tempore futuro almæ Vrbis Gubernatori, vt Capitula Iohannis Cardinalis, & quo ad pęnarum applicatiõ. Cameralem ordinationem: Necnon Clementis, & Pauli prædeceſſorũ diſpoſitiones præinſertas inuiolabiliter obſeruari mandet, & faciat, præſentium tenore committimus, & mandamus, cum poteſtate ꝑdictos & quoſcũq; alios, toties quoties opus fuerit citandi, ac eis quibus & quoties opus fuerit, etiam ſub cẽſuris & pęnis eccleſiaſticis, pecuniariis dicti Gubernatoris arbitrio moderandis: Necnon corporis afflictiuis pęnis, nec contra præinſertarum in illisq; narratorum capitulorum, & ordinationis Cameralis tenorem quicquam attemptare ſeu innouare, aut aliquo modo illi contrafacere vel venire audeant vel præſumant inhibendi, & in euentum non paritionis, ſeu contrauentionis inobedientes, & non parentes cenſuras & pęnas præfatas incidiſſe, & incurriſſe declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, interdicendi, auxilium brachii ſecularis etiam vnito contextu inuocandi & in præmiſſis omnibus & ſingulis tam ex ſuo officio, ſeu ad Procuratoris fiſcalis, q̄ ad cuiuſlibet de populo, tanquam in cauſa publica inſtantiam, ſingulis diebus præterquam in honorem Dei feriatis procedendi aliisq; facultatibus neceſſariis, & opportunis: Non obſtantibus præmiſſis cõſtitutionis & ordinationibus apoſtolicis, ac omnibus illis quæ præfati prædeceſſores in præinſertis voluerunt non obſtare, Quarumcunq; litium forſan poſtea ad dictorum Aromatariorum inſtantiam vt dicitur in proteruia ſua prædicta ſe cõfoueant motarum, quas omnes ad Nos aduocamus, & extinguimus, & deſuper eiſdem Aromatariis ſilentium imponimus introductione, cæterisq; contrariis quibuſcunq; ſingularum litium huiuſmodi ſtatum, & merita præmiſſorumq; & aliorum, forſan latius exprimendorum tenores pro ſufficienter expreſſis habentes.

De Mandato Domini Noſtri Papæ, Idem Gubernator mandet inhibeat, etiam ſub cenſuris & pęnis procedat vt petitur, & iuſtitiam faciat.

Placet motu ſimili. I.

Et ego Camillus Caſeoctus, Clericus Romanus, Excellentis Artium & Medicinæ Doctoris Domini Coſmi Iacomelli Generalis Prothomedici Vrbis Notarius, de eius mandato præſens ſupraſcriptum Motum proprium, a Collegii Phiſicorum libro de verbo ad verbum extraſſi, ſcripſi, & ſubſcripſi, ac in fidẽ præmiſſorũ omnium ſignum meum, & nomen appoſui.

Camillus Caſeoctus Cle. Rom.

CEſar Branchatius Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, eiusq; Camerarii, Vicecamerarius, Prothonotarius Apoſtolicus, Almæ Vrbis, totiusq; illius diſtrictus generalis Gubernator. Volens Sanctiſſ. Dñus noſter D. Paulus IIII. Pontifex Optimus Maximus humañ. vtilitati. & ſaluti publice intendere, ac ritui beneuiuendi in omnibus Terris, Ciuitatibus & locis Apoſtolicæ Sedi ſubiectis, & p̄ſertim in hac alma Vrbe vt humana corpora ſana conſeruentur, infirmaq; Dei optimi maximi benignitate ſanentur prouidere per ſuum Motum propriũ nobis cõmiſit vt Capitula & ordinationes alias inter venerabile Collegium Medicorũ artiũ, & medicinæ Doctorum, & Aromatarios inita, facta, & celebrata, ac in eis contenta quæcunq; inuiolabiliter obſeruari & executioni demãdare faceremus. Idcirco dicti Motus proprii nobis p̄ſentati vigore, & ad Celeberrimi dñi Iuſtiniani Finetti generalis Prothomedici dictiq; Collegii Medicorum Inſtantiam auctoritate Apoſtolica nobis cõmiſſa, & qua fungimur in hac parte Capitula & ordinationes inter dictos Collegium Medicorum. & Aromatarios, vt præfertur inita, & celebrata, & in eis contenta quæcunq; per eoſdem Aromatarios perpetuo inuiolabiliter obſeruari, & executioni demandari decreuimus & mandauimus, ꝑut tenore p̄ſentium decernimus & mandamus. Quorum quidem Capitulorũ tenor ſequitur & eſt talis.

Succeſſiue ſequuntur Capitula, quæ breuitatis cauſa omittuntur, inter quæ decimum quartum Capitulum eſt huiuſmodi tenoris videlicet.

Decimo quarto, ne autem locus fraudibus relinquatur volumus ꝙ libris Aromatariorum in Iudiciis fides non adhibeatur vltra quatuor menſes, niſi vel inſtrumentum in forma publica, aut Cedula fidem faciẽs cum rationibus in dictis libris deſcriptis concordans exhibeatur, aut de diligentia contra debitores in libris deſcriptis ſuper rationibus ibi cõtentis infra dictos quatuor menſes per Aromatarios facta, & ꝙ per debitores ibidem deſcriptos, quo minus ſoluere, aut eos ſecuros facere ſteterit appareat, aut partitæ in libris contentæ, per debitores recognoſcantur, & per eoſdem ſubſcribantur. Deinde vero ſequũtur alia Capitula ad Aromatarios & Medicos pertinentia poſt que capitula ſequitur Data hmõi tenoris.

Datum Romæ in ædibus noſtris *Die* Mercurii octaua Ianuarii. *1556.*

Sub quibus Capitulis erat ſubſcriptus Reuereñ. Dñs Gubernator Vrbis v3.

Ceſar Gubernator, & Vicecamerarius.

Et ego Camillus Caſeoctus clericus Romanus domini Coſmi de Iacomellis Vrbis Prothomedici Notarius præſens ſupraſcriptum Capitulum de Capitulis publicatis, & affixis per Vrbem & conceſſis dicto Collegio Phiſicorum Vrbis, de verbo ad verbum extraſſi, & ſcripſi ac ſubſcripſi, ſignumq; & nomen meum appoſui in fidem præmiſſoruw &c.

Camillus Caſeoctus cler. Rom.

MOTVS Proprius Iulii Papæ III. pro Aromatariis.

GVIDO Aſcanius Sfortia, miſeratione diuina S. Euſtachii Diaconus Cardinalis de San
cta Flora S.R.E. Camerarius, Dilectis nobis in Chriſto Conſulibus, & Vniuerſitati artis Aro
matariorum Almæ Vrbis Salutem in domino ſempiternam. Romanæ Eccleſiæ Cameraria
tus officio Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia præſidentes, inter cęteras officii noſtri curas in hoc
potiſsimum vigilanti ſtudio operam damus, vt non ſolum totius Reip. verumetiam priuatorũ
indemnitati ſimul, & tranquillitati ſemper conſulatur, & artificibus Almæ Vrbis noſtræ, præ
ſertim pharmacopolis, ſiue Aromatariis, quibus vniuerſum Reip. corpus neceſſario ad beneui
uendum ſummopere eget de rebus per eos creditis, maximè quæ ad bonam corporis reſtituen
dam tuendamque valetudinem faciant, vt æquum eſt ſatisfiat, nec tempus, rem, omnium longe
precioſiſsimam, ꝙ publicæ ſeruiendo vtilitati impendere deberent, ac vellent in rerum, & bo
norum a ſe bona fide creditorum preciis recuperañ. litigando fruſtra conterere cogantur. Nu
per ſiquidem pro parte veſtra coram nobis in Camera Apoſtolica exhibita fuit quædam papi
ri cedula in forma Motus proprii ſuper priuilegiis artis veſtræ, quæ confirmari valde cupere
tis varie diſponeñ. manu Sanctiſſ. D.N. D. Iulii eius nominis diuina prouidentia Papæ III. ſi
gnata, quam nos, ea qua decuit reuerentia, recepimus huiuſmodi ſub tenore videlicet.
BEATISSIME Pater exponitur S. V. pro parte deuotorum illius Oratorum Conſu
lum, & Vniuerſitatis artis Speciariorum Almæ Vrbis. Quòd alias pro tunc Conſulum, & Vni
uerſitatis artis huiuſmodi parte bo. me. Sancto Epiſcopo Tiburtino, fe. re. Martini Papæ V. in
Alma Vrbe, & eius diſtrictu in ſpiritualibus Vicario generali, ac tunc eiuſdem Vrbis Apoſtoli
cæ Sedis Legati. & in temporalibus Vicarii generalis Locoteneñ. necnon tunc Conſeruatori
bus auctoritate dictæ Vrbis ſacri Senatus officium exerceñ. expoſito, ꝙ cum hominibus dictę
artis quaſi neceſsitate compulſis quotidie eſſet neceſſe res ad artẽ eorũ hm̃oi pertineñ diuerſis
pſonis, & illis præſertim, quæ de eorũ arte nõ erãt credentiã cõcedere, & dare, & ſic ſine rõne
præfata multos eos habere oportebat debitores, quos cũ vellẽt in eorũ curia p ſatisfactione de
bitorũ hm̃oi cõuenire, aliq forũ curiæ ſupradictæ declinabãt, aliq vero debitũ in totũ aut ĩ pte
inficere nõ verebãtur ſcripturæ librorũ ſuorũ in qbus dicta debita erãt deſcripta fidẽ nolentes
qũolibet adhibere, & quo dũ credebãt, vt par erat, cõmodũ reportare, incõmoda nõ modica pe
rebãtur, & ſi ĩ ordinario iudicio vellẽt debitores ipſos pro cõſecutione eorũ iuriũ cõuenire poſ
ſet de leui ſuccũbere, aliter qa p dictos libros pbare debita nõ valeñ. pfati Vicarius locũtenens
& Cõſeruatores Senatus officiũ hm̃oi exercẽtes volẽtes in præmiſsis de opportuno fauoris re
medio puidere Cõſulibus, & aliis Officialibus dictæ artis q tũc erãt, & p tpe eſſent in qbuſcũq
cauſis ĩ eorũ curia p tpe motis p quoſuis artẽ Speciariorũ pfatã in Vrbe, vel quaſi qũolibet exer
cẽtes cõtra quaſcũq pſonas ſeculares dũtaxat eis, vel eorũ alicui rõne rerũ ad eãdẽ artẽ ſpectan
tiũ. ẽt ſi tales cõuenti de dicta arte nõ forẽt, dumñ. ĩ libris dictorũ Speciariorũ, aut alicuius eoꝝ
deſcripti apparerẽt rõne reꝝ hm̃oi debitores in & ſup qbus dictos Cõſules, & Officiales Iudi
ces ppetuo decreuit cõpetentes viſis libris in qbus dicta debita, & debitores apparerẽt, vt pmit
tit, ãnotata, & recepto a creditoribus iuramẽto ꝙ eis petita quãtitas debeat̃, ſine alterius onere
pbationis fiẽdæ eo mõ, eaq forma qbus inter homines dictæ artis pcedebat̃ alias pcedendi, &
cãs ſine debito terminañ. Ac cõtra dictos debitores executionẽ realẽ, & pſonalẽ vſq ad ſatiſfa
ctionẽ integrã vſq ad finẽ debitũ deducẽdi licentiã, & oĩmodã facultatẽ, & auctoritatẽ ſuorũ
officioꝝ hm̃oi cõceſſerũt. Decernẽtes, & ſtatuẽtes, ac ppetuo ſanciẽtes edicto ꝙ in talibus cauſis
nemini liceret, nulluſq poſſet a dicta curia cõſulũ pdictoꝝ, eoꝝq foꝝ qũolibet declinar̃, et ſi de
clinare vellet ad declinatiõe hm̃oi nullatenus admitteret̃, ĩmo qlibet teneret̃ ſeq forũ curiæ ſu
pra dictæ ĩ his videlicet rebus, hiſq hoĩbus quę ad dictã artẽ ptinerẽt, & ſpectarẽt. Quodq di
ctis libris Speciarioꝝ credẽtias hm̃oi cõuenientibus, illis præſertim, qbus diſcretioni Conſulũ
dictę artis, q p tẽpore eſsẽt fidẽ adhiberi debere videret̃ qualitate cõſiderata ſcribẽtis fides adhi
beret̃ pinde ac ſi ſcripti manu pſõę publicæ ſolẽniter apparerẽt Et ſucceſsiue bo. ẽt me. Aſtor
gius Archieps Bñuentanus, tũc eiuſdẽ Vrbis in ſpũalibus Vicariis gñalis, & in tẽporalib. Gube
nator p fe. re. Eugenio PP. IIII. ẽt pdeceſſore nr̃o auctoritate ſui tã Gubernatoriatus q̃ vicaria
tus officii priuilegiũ ex cõceſsione hm̃oi approbauit, put ĩ patẽbus eoꝝ deſup cõfectis lr̃is, qua
rũ tenores, &c plenius cõtinet̃. Cũ aũt Pr̃ Sãctæ præfati oratores cupiãt pmiſſa p eoꝝ ſubſiſtẽ
tia firmiori Apoſt. ſedis munimine roborari, ſupplicãt humiliter S. V. pfati Oratores quatenuſ

eorū deſiderio in hac parte fauorabiliter annuētes, ipſoſq; ſpecialis gratiæ fauore ꝓſequentes li cētiā, facultatē, & cōceſſionē, necnō decretū, & ſtatutū, ac ſubſecutā approbationē, hmōi aliaq; ſupradicta attō q ī vſu, & ꝑut illa cōcernūt oīa, & ſingula dictis lr̄is patētibus quōlibet cōtenta & indeſequuta quæcūq;, licita tñ & honeſta Apoſt. auctāte cōfirmare, & approbare, & ſi opus ſit innouare, Ac per oēs & ſingulos quos quōlibet cōcernunt, & cōcernent in futurū inuiolabiliter obſeruari, & perpetuā roboris firmitatē ſuſcipere, ſuoſq; plenarios, effectus ſortiri. Et inſup qm̄ a nōnullis Aromatariis emulis forſan, & maleuolis abſq; mādato, & conſenſu Collegii dictorū Aromatariorū iā decē annis elapſis, vel circa per fe. re. Paulū PP. III. ꝙ elapſo āno credīti libris Aromatariorū dictorū nō daretur, nec haberetur fides conceſſum fuit, quæ cōceſſio potius redūdaret in dānum debitoꝝ ꝗ̃ Aromatariorū, quia debitores priuātur dilatione & cōmoditate tēporis, & ipſi Aromatarii nō poſſunt illis credere ſtāte cōceſſione facta per eundem Paulū, Supplicāt ēt S. V. ꝙ Collegiū, & officiales Aromatariorū vellēt poſſe accōmodare, & dilationē mercatoribus, & debitoribus ſuis facere ad bn̄placitum ipſoꝝ Aromatarioꝝ creditoꝝ, & ꝙ ipſoꝝ libris adhibeatur plena, & indubitata fides in iudicio & extra, & ꝙ æqua lance, & paſſu eāt, & currāt cū obligationibus in ampliori forma Cameræ factis ēt in cauſis diſcuſſionē adiecta tñ cōditione ꝙ Aromatarii ipſi, & eoꝝ quilibet ad tollendā oēm ſuſpitionē fraudis teneātur, & obligati ſint tenere in eoꝝ apothecis tres infraſcriptas ſcripturas & cōputa, videlicet, Infilziam, Diurnale, & librū grandē nuncupatū inſimul cōcordātia cōcedere, & indulgere, & ſic ꝑ quoſcūq; iudices &c. Sublata &c. Irritū quoq; &c. decernere, & declarare, oēſq; & ſingulas tā iuris, ꝗ̃ facti, ſi q forſan in præmiſsis interuenerint defectus ſupplere dignemini de grā ſpeciali. Nō obſtātibus cōſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis ſtatutis &c. ēt iuramēto &c. roboratis priuilegiis quoque indultis ēt lr̄is apoſtolicis qbuſuis quōlibet, & cū qbuſcūque clauſulis, & decretis conceſſis, confirmatis, & innouatis, etiam iteratis, vicibus, quibus latiſſime extendeñ. etiam ſi de illis &c. tenores illorum &c. hac vice placeat derogare, cæteriſque cōtrariis quibuſcūque, cum clauſulis opportunis, & conſuetis.

De mandato Domini noſtri Papæ præfati Præſidentes, & Clerici procedant arbitrio ſuo, & iuſtitiam faciant. Placet arbitrio Cameræ I.

Poſt quā quidē motus ꝓpriū cedulā nobis pn̄tatam, & per nos, vt præfertur, receptā pro parte vr̄a Nobis & Reuerēd. P̄ribus dn̄is Præſidētibus, & Clericis Cameræ Apoſto. in Camera hora audiētię cōſueta ꝓ tribūali ſedeñ. fuerūt hęc ꝓpoſita, & primo ſub die decimatertia pn̄tis hmōi pauca vez, Vniuerſitate Aromatarioꝝ Vrbis admitti motū ꝓpriū Sāctiſſ ad relationē Dn̄i Decani informati, Cuiquidē ꝓpoſitioni per eoſdē Præſidentes & Cameræ Clericos tale factū eſt decretū, ſcilicet, ad Dn̄m Decanū īformatū, & deinde ſub die decimaſexta eiuſdē mēſis Noueb. altera ꝓ eadē pte vr̄a ī eadē Camera facta fuit ꝓpoſitio hmōi ſub tenore vez, Vniuerſitate Aromatariorū expediri motū propriū ad Camerā remiſſum ad relationē Dn̄i Decani, ſcribēte Reuerēdo P̄re Dn̄o Hieronymo Melchiorio Cameræ Apoſt. Clerico. Quiquidē Reuerēdi P̄res Dn̄i Præſidētes, & Clerici Cameræ in eadē Camera de more ꝓ cauſis audiēdis cameraliter congregati dicta motus ꝓprii cedula ea quæ decuit reuerētia recepta, lecta, & mature conſiderata, alterā pro parte vr̄a petitionē, ſeu ꝓpoſitionē hoc quod ſequitur ſecūdo cōcluſerunt decreto, ſcilicet, ad Dn̄m Decanū qui expediat. Nos igit̄ quibus, & Reuerēdis P̄ribus Dn̄is Præſidētibus & Clericis Cameræ Sāctiſſ Dn̄s nr̄ negotiū vr̄m hmōi diſcutiendū, & diſponeñ. remiſit, indēnitati vr̄æ, ſecuritatiq; cōſequēdi a debitoribus veſtris res, & bona ꝑ vos ipſis credita cōſulere, Vobiſq; in præmiſsis deſup opportune ꝓuidere volētes De mādato Sāctiſſ Dn̄i nr̄i Papæ viue vocis oraculo ſup hoc nobis facto, & auctoritate noſtri Camerariatus officii, ac ex decreto in eadē Camera Apoſt. matura deliberatione deſup præhabita facto, tenore pn̄tium dicta motus ꝓprii cedula matura deliberatione in Camera Apoſt. cōſiderata, & diſpoſita vobis Cōſulib. Vniuerſitatiq; veſtræ ꝙ perpetuis futuris tēporibus libris veſtris more mercantili bene, & ſecundū ſtatuta artis tentis plena, & indubitata fides adhibeatur in iudicio, & extra, hoc mō vez, Contra præſentes in Vrbe vſq; ad annos quinq;, in caſu vero quo ꝑſonæ debētes infra dictos quinque annos fuerint iudicialiter requiſitæ, & interpellatæ ad amputandū, & ſaldandū, & ſteterit ꝑ eos, vel infra eoſdē quinq; annos ab Vrbe receſſerint, & ſteterint abſentes, vel deceſſerint, & contra hæredes, vel alias perſonas agendū ſit, tūc fides eorū libris nō claudat̄, nec arctet̄ aliqua tēporis determinatione, niſi quantū determinet̄ a iure cōmuni, vel forma ſtatutorū Vrbis in caſu quo libris mercatoꝝ ex cōſuetudine fides adhibetur ſtatuimus, & ordinamus. Et inſuper, vt magis, ac

facilius vos Aromatarii perſonis ægrotantibus medelas ſubminiſtrare habeatis, decernimus, & ordinamus, vt in caſibus in quibus diſcuſsio bonorum alicuius defuncti, vel decocti vel alias nõ ſoluendo, vel prioritatis, & potioritatis creditorum medelæ deducãtur ex bonis eiuſdem, & nõ veniant in aliqua diſcuſsione cũ aliis, & prædicta oĩa locũ habeant de creditis Aromatariorũ tam de pręterito q̃ de futuro, Ita tamen, ꝙ reſpectu præteritorum quinquennium currere incipiat a die præſentis decreti, & ordinationis, & vt libri magis canonice, & a perſonis magis idoneis, & legalibus de cætero teneãtur, ſtatuimus pariter, & ordinamus, ꝙ libri non habeant fidẽ in iudicio, nec extra, niſi fuerint approbati per fidem Conſulum pro tempore dictæ artis manu NotariiCõſulatus dictæ artis. Inſuper ꝙ nemo poſsit de cætero aperire apothecã Aromatariæ in Vrbe, niſi habuerit in Aromataria quã velit apire corpus æſtimationis Quingentoꝝ ſcutorum auri in auro ad minus, & niſi præuia æſtimatione dicti corporis cum interuentu Conſulum dictæ artis fienda. Et pro præmiſsis in vtroq; caſu Conſules nullam mercedem recipere poſsint; Et ꝙ Aromatarii pro tempore dictæ Artis debeant, & teneantur ſeruare ſtatuta, eiuſdem artis ſub pęna Quinquaginta ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applicañ. De mandato, & auctoritate ſimilibus ſtatuimus, & ordinamus, Quo circa vniuerſis, & ſingulis Almæ Vrbis Gubernatori Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori Sanctiſsimi Domini noſtri Papæ in Alma Vrbe Vicario, eorumq; locateneñ, Magnifico & Illuſtriſſ. D. Curię Capitolinæ Senatori, eiuſq; primo, & ſecundo Collateralibus, necnon quarumcunq; prouinciatũ S.R.E. legatis, Vicelegatis, & aliorum eiuſdem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiectorum ciuitatum, oppidorum, & locorum Gubernatoribus, Poteſtatibus, Locatenẽtibus, Vicariis, et quibuſuis aliis iudicibus, et officialibus quouis nomine nuncupatis modernis, et pro tempore exiſtentibus, tenore præſentium committimus, et mandamus quatenus dicta ſtatuta, et ordinationes, et alia per nos vobis conceſſa, ſub excommunicationis, ac Mille ducatorũ auri exceptis Reuerendiſsimis Dominis Legatis Cameræ Apoſtolicæ in caſu contrauentionis applicañ pęnis vobis inuiolabiliter obſeruẽr, ac ab aliis, quibus opus fuerit ſub pęnis prædictis ad vnguem obſeruari mandent, et faciant: Et contra illorum et illarum tranſgreſſores, et nõ obſeruatores ad pęnę condemnationem quoties pro parte veſtra, ſeu alicuius veſtrum deſuper requiſiti fuerint, irremiſibiliter procedant, pręcediq; mandent, et faciant: Vobisq; fauores, et auxilia ſua deſuper opportuna pro obſeruatione præmiſſorum ſtatutorum, et ordinationum, ac omnium et ſingulorum in eis contentorum ſemper exhibeant, et præſtent, Non permittentes propterea vos a quoquam quouis modo moleſtari, inquietari, impediri, ſeu perturbari. Cõſtitutionibus, et ordinationibus apoſtolicis, cæteriſq; in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunq;. In quorum omnium et ſingulorum pręmiſſorum fidem, et teſtimonium has noſtras patentes præſentes literas fieri, et per infraſcriptum noſtrum, et dictæ Camerę Apoſtolicę Notarium ſubſcribi, ſigilliq; dictæ Cameræ quo in talibus vtimur, iuſsimus, et fecimus appenſione communiri. Dat. Romæ in Camera Apoſtolica, ſub anno a Natiuitate Domini 1551. Indictione Nona, Die vero xvi. menſis Nouembris, Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto patris, et D.N.D. Iulii diuina prouidentia Papæ III. Anno Secundo.

Viſa A. Bononieñ. Cameræ Apoſtolicæ Decanus,
Viſa I. Soderinus Cameræ Apoſtolicæ Clericus.
Viſa A. Floreñ. Cameræ Apoſtolicæ Clericus.
Viſa Iulius Sauli Cameræ Apoſtolicæ Clericus.
Viſa C. Cincius Cameræ Apoſtolicæ Clericus.
Viſa H. Melchiorius Cameræ Apoſtolicæ Clericus.
Viſa Ag. Belhomo Cameræ Apoſtolicæ Clericus.

Alexand. Peregrinus.

Tauola delli Prezzi delle ſpetiarie fatta per li Deputati ſopra eletti 1558.

Syrupo Roſato sẽplice Violato de Indiuia de fumoterra de boragine de lupoli de Radicibus de ſuco accetoſa de agreſta oxizachara Oximelle comp. Oximelle ſquilitico, tutti altri ſyrup. ſem.	p b. 3 onz.
Syruppo Iuuibino de Cap. Venere de liquiritia de Iſopo de ſuco roſarum de Abſentio de Inari de praſsio Syrup. d pomis. ſim. de agro de cedro de Calamento de mortella de ſticados Melle roſato ſol.	p b. 4 onz.
De polipodio	p b. 12 onz.
De roſis ſiccis de Corticibus citri de Ribes Roſato ſol Miua citoniorũ ſim.	p b. 6 onz.
De fumoterra comp. de Epittimo de pomis Comp. de ſcolopendria de ſaboc reg. Artemiſia de Cupatorio d Auguſtino de ſeſſa	p b. 8 onz.
Syruppo violato ſol. Miua aromaticha	p b. 10 onz.
De Timo aro. cũ gallia de Calamento comp.	p b. 15 onz.
De Menta	per b. 20 onz.
Rodomel' zucharino Iulepe Roſato Violato Oximelle ſem.	p b. 2 onz.
De Cicorea cum Rab.	per b. 14 onz.
Mel Roſato Mel violato	per b. 1 onz.
Acqua Roſa Pimpinella de yua de ſolatro	p b. 1 onz.
Violata	per b. 1. ÷ onz.
De Cuſcuta de nenuſari de Celedonia De vita Acqua de Cictrach de ſanſuco d'eufragia	p b. 2 onz.
De ſaſsifragia	per b. 3 onz.
De Matricaria de Menta	per b. 1 onz.
Tutte altre acque ſottile	per b. 6 libra.
Tutte acque groſſe	per b. 3 libra.
Loch de farfara. ſ. ſpe. de pino de pulmone vulpis Sanctum exptum de ſquilla	per b. 7 onz.
Zucharo roſato boraginato violato conſerua de malua de fumoterra	per b. 3 onz.

Sauonea in forma ſolida	p b. 10. onz.
Sauonea in forma liquida	p b. 6 onz.
Conſerua de roſmarino conſerua de bettonica	per b. 4 onz.
Cotognata cõ zucharo ſapor de viſciole	per b. 2 onz.
Polpa di caſsia	per b. 5 drag.
Polpa de tamarindi Diaſena	per b. 3 drag.
Elletuario leniiiuo diacaptolicon diacaſsia con manna diafinico ellett. de ſuco di roſe ellet. de ſebeſtẽ ſol. & non ſol. micleta diaprũis ſol. e nõ ſol. diayris dia curcuma diacalamento diapraſsio diaſatirion atanaſia antidotum emagi trifera magi Filonio Romano Iuſtino Imperatore Filonio perſico ellettuar. de ſeminib. Iera locodion Iera rufina Iera coloquintida	per b. 4 drag.
Litronufion	per b. 5 drag.
Benedetta	per b. 2 drag.
Diacartamo	per b. 4 drag.
Ellettuario de pſilio confectio hamech trifera perſica	per b. 5 drag.
Cõſerua de agro d̃ cetro.	per b. 10 onz.
Plitis arcoticon triacha metridato	per b. 7 ÷ drag.

Confectio Alchermes	p b. 100 drag.
Ellettuario roſati meſue ellettuar de ſilo aloes diamoſco dolce	p b. 12 drag.
Dia margariton	per b. 8 drag.
Ellettuario de gemis	per b. 15 drag.
Dia Codion	per b. 8 onz.
Requies nicolai ellettuario d bacis lauri	p b. 3 drag.
Hiera compoſita	p b. 15 onz.
Hiera ſemplice	p b. 10 onz.
Caſsia tratta pro . criſti.	p b. 8 onz.
Pillole Aleſangine	per b. 12 drag.
Agregatiue	per b. 10 drag.
De eupatorio de reubarbaro Tro. de Agarico Sief de tutte ſorte	per b. 8 drag.
Pilule de tribus cum Reubarbaro	per b. 30. drag.
Pillule d̃ tutte ſorte vſuale	p b. 7. ÷ drag.
Diagridio	per b. 1 grão.
Tro. de Alandabal tro. de tutte altre ſorte	per b. 7 drag.
Galia moſcata de Meſue	p b. 150 drag.
Galia Aleſangina	p b. 80 drag.
Tro. de Ramich	p b. 20. drag.
Spetie dello ellettuario de gemis	p b. 50 drag.
Spetie d̃ diamoſco dolce Spetie de ambra	p b. 20 drag.
Spetie de diamargariton Spetie d̃ diarodon Ab.	p b. 10 drag.

Spetie de Aromatico roſ. gab.	ꝑ b.12 drag.
Tutte altre ſpetie ſemp.	ꝑ b. 8 drag.
meraldi macinati Zafiri macinati	ꝑ b.150 drag.
Perle macinate	ꝑ b.40. drag.
Granati macinati Iacinti macinati	ꝑ b.30 drag.
Gemmarum per lo elleꝫ tuario de gem.	ꝑ b.80 drag.
Bolo armenio orient.	per b.20 drag.
Terra ſanta orient.	per b.40 drag.
Coralli bianchi macin.	ꝑ b. 6 drag.
Coralli roſsi macinati	ꝑ b. 4 drag.
Spetie ꝑ la epittima tẽp.	ꝑ b.50 onz.
Moſco leuantino	ꝑ b. 5 grão
Ambra griſa	ꝑ b. 7 grão
Spodio di Canna	ꝑ b. 15 drag.
Legno aloe	ꝑ b.25 drag.
Oro fino	ꝑ b.1 ÷ fogl.
Oro de mita	ꝑ b. 1 foglio.
Manus Chriſti de zuꝫ charo fino	ꝑ b. 4 onz.
Manus xp̃i cõmune	ꝑ b. 3 onz.
Manus Chriſti per lati	ꝑ b.15 onz.
Triaſandali Diarodon Abbat. Roſata nouella	ꝑ b. 8 onz.
Aromatico roſato	ꝑ b. 12 onz.
Dia margariton	ꝑ b.10 onz.
Diamoſcp dolce	ꝑ b. 20 onz.

Tutte altre ſorte de elleꝫ tuario in tauola	ꝑ b. 5 onz.
La ſtillatura d'un pollo	ꝑ b. 15 luna
Rabarbaro elletto	ꝑ b.80 drag.
Manna de frond Cal.	ꝑ b.200 õz.
Manna di Corpo	ꝑ b.100 onz.
Spico Nardi Cort. Mirab.	ꝑ b. 4 drag.
Sandoli de ogni ſorte	ꝑ b. 2 drag.
Oſſa de corno de ceruio	ꝑ b. 5 luno.
Fiori cordiali	ꝑ b.4 mãipolo.
Seme de papauero b. Seme de papauero n	ꝑ b. 6 onz.
Caſsia in canna	ꝑ b. 8 onz.
Tutte herbe, & radiche per fumenti	ꝑ b.1 mãipolo
Ogni bullitura de fumẽto	ꝑ b. 6 luna.
Legno ſanto	ꝑ b. 10 libra
Ogni bullitura de lib. 1. de legnio	ꝑ b. 10 luna
Scorze di Caperi	ꝑ b. 3 onz.
Scorze de mandragora	ꝑ b. 4 onz.
Coſto amaro & dolce tutti ſemi cõmuni	per b. 4 onz.
Scorza de legnio ſãto	per b. 5 onz.
Scorza de legnio ſalua.	per b.1 ÷ onz.
Polpa de coloquintida	per b. 5 drag.
Tutte altre radiche Carlina	per b. 2 onz.
Agarico fino	per b. 8 drag.
Aloe loto. ſ. monta.	per b. 7 drag.

Spetie ex otto reb. gal.	per b.10 drag.
Aloe lotto cõ iſuſione di Rab.	per b.20 drag.
Aloe ſucotrino	per b. 8 drag.
Aloe epatico	per b. 5 drag.
Tutia preparata	per b. 3 drag.
Piombo aduſto	per b. 1 drag.
Mirra eletta	per b.16 onz.
Mirra groſſa	per b.10 onz.
Bedellio Gomma elemi	per b.20 onza
Opopomacho	per b.15 onza
Galbano Aſſafetida	per b 10 onza
Gomma edera	per b. 7 onza
Gomma draganti Euforbio Grana tintorum	per b. 5 oñza
Cantarelle	per b. 5 onza
Maſtice	per b.10. onza
Farine d'ogni ſorte per empiaſtri	per b. 6 libra
Caſtoreo	per b. 5 drag.
Pepe longo	per b. 3 drag.
Turbit. Leuantini	per b. 7 drag.
Sangue di drago fino	per b. 4 drag.
Sãgue di drago groſſo	per b. 2 onza
Vino di granati	per b. 3 onza
Spognie da fumenti	per b.7 ÷ luna
Termentina Venet.	per b. 2 onza
Termentina groſſa	per b. 1 onza
Empiaſtrũ de Galia cũ ſig.Cal.et frig.	per b.50 onza
Emp. de meliloto	per b.12 onza
Emp.diafinicon de gomma elemi	per b.15 onza
Emp.de cruſca panis	per b. 8 onza
Emp.de bacis lauri	per b.10 onza
Emp.maturatiuo	per b.12 libra
Cieroto Sandolino	per b.12 onza
Cieroto ſtitico gal.	per b.15 onza
Iſopo Cieroto Vnguento de tutia Cieroto de vernice	per b.15 onza
Cieroto gratia dei Cieroto de bettonica	per b.12 onza
Cierotto diapalma	per b. 7 onza
Oxicerotio	per b.20 onza
Vnguẽto citrio ĩ pomo vnguento comitiſſe	per b.15 onza
Vnguento guarnerio	per b.20 onza
Vnguento de Artanita mag.	per b.15 onza
Vnguẽto de Arta.min.	per b.12 onza
Vnguento de piombo	per b. 5 onza
Infrigidant.Gal.	per b. 4 onza
Vnguento roſato Violato Populeon Vnguento Agrippa Martiaton Baſilicon	per b. 6 onza
Vnguento dialtea Cinque vntioni	per b. 4 onza
Vnguen. biãco cãfor. Vnguento Raſino Vnguento de minio Vnguento Egiptiaco	per b. 3 onza
Vnguento Aragon vnguento Apoſtolorũ	per b.7 ÷ onza
Vnguento triafarmaco	per b. 3 onza
Diaquilon mag.cũ g.	per b.7 ÷ onza
Diaquilon paruo Graſſo de gallina Graſſo de beccho	per b. 3 onz.
Graſſo d'auoltore	per b.20 onza

Graſſo di cauallo	per b. 5 onza
Graſſo di ſerpe	per b.40 onza
Graſſo di Anatra de Ocha di Orſo	per b.7. ÷ onza
Olio de roſsi de oua	per b.50 onza
Olio de ſcorpioue	per b.15 onza
Olio de Tartaro	per b. 6 onza
Olio de ginepro	p b. 7.÷ onza
Olio de ſeme lino	per b. 3 onza
Olio petrolio	per b. 7 onza
Olio de Abezzo Olio de ſpico	per b. 10 onza
Olio Coſtino Olio de termentina	per b.7÷ onza
Olio de Ipericon Olio ſiſamino Olio de euforbio Olio de Caſtoreo	per b. 8 onza
Olio de griſomoli Olei michaelis	per b. 15 onza
Olio maſticino	per b.10 onza
Olio de Nenufaro Olio de Cotognie	per b. 4 onza
Olio de Caperi Olio Vulpini	per b. 5 onza
Olio roſato Enfanſino	per b. 10 onza
Olio de Amãdole dol.	per b. 6 onza
Olio de Amand.amare,	p b.7. ÷ onza

Olio de gigli bianchi Olio laurino	per b. 3 onza
Olio de Croco Olio de piperibus	per b. 15 onza
Olio de Ruta Olio de Aneto Olio de Aſentio Olio de menta Olio de tanſuco Olio de Cheiir Olio Irino	per b. 2 onza
Tutti li altri olii cõmu.	per b. 1 onza
Olio mirtino	per b. 3 onza
Olio roſato,ſ.R.	per b. 3 onza
Decoctione cordiale, con acqua Cña	per b. 6 luna
Decoctiõe carminatiua	per b. 8 luna
Decoctiõe cordiale cõ acqua cordiale, & acqua latis	per b.10 luna
Decoctione di capo de caſtrato	per b. 10 luna
Decoctiõe p li criſtieri,	per b. 3 luna
Decoctione per li Syropi de herbe	per b. 3 lo Syr.
Syr.clarificato cõ Syr. ſemp.	per b.7÷ luno
Syr.clarificati con Syr. aromatizato	per b. 10 luno
La cocitura de vno em pla. de herbe,et rad.	per b. 7 luno

FINIS.

Iulius Sauli Cameræ Apoſtolicæ Clericus.
Stephanus Ceraſius gñalis Prothomedicus.
Hier. de Ruberto Perugino eletto da l'arte.
Io. Antonio manino.
Io. Battiſta Solatro.